

# Laibacher Diözesanblatt.



**Inhalt:** 40. Epistola Pontif. de collegii Clericorum in Indiis orientalibus instituendis. — 41. Decretum de variis dubiis, quae respiciunt Tertiarios saecul. S. Francisci Assisi. — 42. Decretum circa abusus missarum celebrationem spectantes. — 43. Finanz - Ministerial - Erlaß, betreffend die Bemessung des Gebührenäquivalentes für das V. Decennium für jene Beneficien, deren Inhabern die persönliche Befreiung von der Entrichtung dieser Abgabe zuerkannt wurde. — 44. Ministerial-Erlaß, betreffend die Verrechnung der Landesgoldmünzen der Kronenwährung. — 45. Associatio perseverantiae sacerd. (Iskrice). — 46. Sammlung. — 47. Ausschreibung der Schlader'schen Stiftung für Lehrerswitwen. — 48. Concurs - Ausschreibung. — 49. Chronik der Diözese.



40.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis Primatibus Archiepiscopis et Episcopis aliisque locorum  
Ordinariis Pacem et Communionem cum Apostolica Sede habentibus

LEO P.P. XIII.

*Venerabiles Fratres! Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Ad extremas Orientis oras, Lusitanorum felicitate virtuteque exploratas, quo tam multi quotidianie aspirant ad opulenta commercia, Nos quidem, rerum longe maiorum spe proposita, iam inde ab exordio pontificatus mentem et cogitationem appulimus. — Obversantur animo caritatemque in Nobis vehementer excitant immensa illa *Indiarum* spatia, in quibus, tot iam saecula, evangelicorum virorum desudat labor. In primisque beati Thomas Apostoli venit in mentem, qui promulgati ad Indos Evangelii iure fertur auctor: itemque Francisci Xaverii, qui longo intervallo in eamdem laudem acriter incubuit, constantia et caritate incredibili assecutus ut centena Indorum millia ad sanam religionem et fidem a Brachmanarum fabulis atque impura superstitione traduceret. Sanctissimum virum complures ex utroque ordine Cleri, auctoritate missuque Sedis Apostolicae, postea subsecuti, christiana sacra et instituta, quae Thomas intulit, quae Xaverius instauravit, tueri ac provehere diligenter conati sunt, hodieque conantur. Nihilominus tam vasto terrarum tractu quanta vis mor-

taliū adhuc abest a vero, miserae superstitionis circumiecta tenebris! quantus, nominatim ad septentriones, ager ad accipendum Evangelii semen nondum ratione ulla subactus!

Ista reputantes animo, plurimum quidem benignitate misericordiaque confidimus Salvatoris nostri Dei, qui opportunitates maturitatesque impertiendi luminis sui unus novit, quique hominum mentes ad rectum salutis iter occulto aurae caelestis afflatu solet impellere; at vero, quoad in Nobis est, dare operam volumus et debemus ut tanta pars orbis aliquem vigiliarum Nostrarum sentiat fructum. — Hoc proposito, cum intentum animum haberemus si qua ratione rem christianam in Indiis Orientalibus ordinare aptius atque augere fas esset, nonnulla felici exitu constituimus, incolumitati catholici nominis profutura. Primum sane de patronatu Lusitanae gentis in Indiis Orientalibus regundo, cum fidelissimo Portugalliae et Algarbiorum rege, data acceptaque fide, rite pacti sumus. Eoque facto dissidia illa profecto non levia, quae tam diu christianorum distraxerant animos,

sublatis contentionum caussis, quievere. Maturum praeterea ac salubre iudicavimus, ex singulis christianorum communitatibus, quae Vicariis Praefectisve apostolicis antea paruerant, Dioeceses veri nominis conflari, quae suos haberent Episcopos, ac iure ordinario administrarentur. Propterea, per Litteras apostolicas *Humanae salutis*, die 1. Septembris an. MDCCCLXXXVI datas, nova in illis regionibus Hierarchia constituta est, quae octo ecclesiasticis provinciis continetur, scilicet Goana, titulo patriarchali ad honorem aucta, Agraensi, Bombayensi, Verapolitana, Calcuttensi, Madraspatana, Pondicheriana, Columbensi. Denique quidquid illic frugiferum saluti fore, quidquid expedire ad incrementa pietatis et fidei intelligamus, efficere per sacrum Consilium Nostrum christiano nomini propagando constanter studemus.

Sed tamen res est una reliqua, unde Indiarum salus magnopere pendet; ad quam rem vos. Venerabiles Fratres, et quotquot humanitatem diligunt nomenque christianum, volumus maiorem in modum attendere. Scilicet fidei catholicae apud Indos intuta incolumitas est et incerta propagatio tamdiu futura, quoad Clerus desiderabitur lectus ex *indigenis* ad munera sacerdotalia probe institutis, qui non solum adiumento esse sacerdotibus peregrinis, sed ipsimet in civitatibus suis rem christianam administrare recte queant. Proditum est memoriae, hanc ipsam insedisse sententiam Francisco Xaverio, quem negare aiunt solitum, rem christianam constare in India posse firmiter, nisi assidue incumbentibus piis strenuisque sacerdotibus India natis. Eaque ille in re quam acute viderit, facile appareat. Nam apostolicorum virorum operam, qui ex Europa advehuntur, multa praepediunt, maxime vero vernaculi inscientia sermonis, cuius per difficile est arripere cognitionem; itemque insolentia institutorum atque morum, quibus ne longo quidem tempore assuescitur: ita ut necesse sit, europaeos Clericos illic ut in alieno loco versari. Quapropter cum aegre se multitudo eredat peregrinis, perspicuum est, sacerdotum indigenarum longe futuram fructuosiorem operam. Explorata enim habent studia, ingenium, mores gentis sua:

norunt loquendi, norunt tacendi tempora: denique Indi inter Indos sine ulla suspicione versantur: quod vix attinet dicere quanti sit, maxime in rebus trepidis.

Deinde oportet animadvertere, Missionarios peregre advectos multo pauciores esse, quam ut excolendis iis, quae nunc sunt, christianorum communitatibus sufficient. Id plane eminet ex tabulis Missionum: ex eoque confirmatur quod Missiones Indiae a sacro Consilio christiano nomini propagando alios atque alios Evangelii praecones implorare et flagitare non desinunt. Iamvero si culturae animorum ne in praesens quidem sunt pares sacerdotes externi, quid in posterum, aucto christianorum numero? neque enim spes est fore ut eorum, quos Europa mittit, crescat pro portione copia. Igitur si placet Indorum saluti consulere, nomenque christianum in spem diuturnitatis fundare in illa infinitate regionum, legere ex indigenis opus est, qui muneribus officiisque sacerdotalibus, diligent praeparatione adhibita, perfungantur.

Tertio loco illud non est praetereundum, quod abest quidem a veri similitudine plurimum, sed tamen fieri aliquando posse nemo negaverit: nimirum talia posse in Europa Asiave incidere tempora, ut vi ac necessitate cogantur Indias destituere sacerdotes advenae. Quo facto, si Clerus indigena desit, qui posset religio salva consistere, nullo nec administro sacerorum nec magistro disciplinae? Satis aperte hac de re historia loquitur Sinensium, Iaponiorum, Aethiopum. Scilicet plus semel apud Iaponios, apud Sinenses, incumbentibus nomini christiano odiis cladibusque, inimicavis, necatis vel in exilium actis sacerdotibus externis, pepercit nativis: qui linguam moresque patrios apprime docti, et propinquitatibus amicitiasque subnixi, non modo impune manere in patria, sed rem sacram administrare, et officia quae ad regendos animos pertinent, libere exequi in omnibus provinciis potuerunt. Contra in Aethiopia, ubi iam christiani ad biscentum millia numerabantur, cum Clerus indigena nullus esset, caesis vel pulsis Missionariis europaeis, diuturni laboris fructum subitaria insectationis procella funditus sustulit.

Denique respicienda antiquitas est, quodque olim salubriter institutum videmus, id religiose servandum. Iamvero in apostolici perfunctione munieris, primum quidem imbuere christianis praeceptionibus multitudinem; mox lectos ex populibus nonnullos initiare sacris, et ad ipsum episcopatum evehere, fuit in more positum institutoque Apostolorum. Quorum postea secuti exemplum romani Pontifices, in mandatis dare apostolicis viris perpetuo consueverunt, ut ubi christianorum communitas satis ampla coalusset, ibi Clerum ex indigenis diligere omni ope contenderent. Ut igitur incolumitati et propagationi catholici nominis apud Indos consultum sit, Indos instituere ad sacerdotium oportet, qui videlicet procurare sacra et popularibus suis christianis praeesse, qualiacunque tempora incubuerint, commode possint.

Hac quidem de caussa, Praefecti Missionum Indicarum, consilio hortatique Sedis Apostolicae, collegia Clericorum, ubicumque facultas fuit, condidere, Immo vero in Synodis Columbensi, Bangalorensi, Allahabadensi, ineunte anno MDCCCXXXVII habitis, decretum est, ut Dioeceses singulae suum habeant Clericis indigenis instituendis Seminarium: si qui ex Episcopis suffraganeis suum habere in opia prohibeatur, in metropolitano Clericos dioecesanos alat suis sumptibus. Ista quidem salubriter decreta efficere Episcopi pro viribus nituntur: sed in eorum egregiam voluntatem transversa incurrit angustia rei familiaris, et penuria sacerdotum idoneorum, qui studiis praesint sapienterque regant disciplinam. Quare vix aut ne vix quidem Seminarium est ullum, in quo institutio alumnorum expleta cumulataque habeatur: idque hoc tempore, cum rerum civilium Gubernatores et Protestantes non exiguo numero nullis parcunt nec impendiis nec laboribus, ut omnis erudiatur subtiliter ac polite iuventus.

Illud igitur perspicitur, quam sit opportunum, quam saluti publicae consentaneum, constituere in Indiis Orientalibus Collegia quaedam, ubi iuvenes incolae in spem Ecclesiae adolescentes erudiantur ad omnem elegantiam doctrinae ad easque virtutes,

sine quibus nec sancte nec utiliter exerceri sacra munera queunt. Amotis dissensionum caussis per pacta conventa, ordinataque administratione Dioeceseon per Hierarchiam ecclesiasticam, si licuerit Nobis, quod propositum est, institutioni Clericorum apte consulere, quasi fastigium operi videbimus imposuisse. Nam conditis semel, uti diximus, Clericorum seminariis, certe spes esset, sacerdotes idoneos magna copia inde extituros, qui pietatis doctrinaeque lumen late funderent, quique in disseminanda Evangelii veritate praecipuas industriae suae partes scienter insumerent. — In opus tam nobile, idemque infinitae mortalium multitudini saluti futurum, dignum est, aliquam Europaeos conferre operam; praesertim quod pares esse magnitudini sumptuum soli non possumus. Christianorum est homines universos, ubicumque degant, in fratum habere loco, et alienum a caritate sua putare neminem: idque in iis rebus maxime, in quibus proximorum vertitur sempiterna salus. Quamobrem petimus a vobis magnopere, Venerabiles Fratres, ut consilium et conata Nostra re adiuvare, quantum in vobis est, velitis. Date operam ut in comperto sit rei caholicae in tam remotis regionibus conditio: efficite ut vulgo intelligent, conari aliquid pro Indiis oportere: idque maxime sentiant ii, qui posse beneficentia uti, optimum putant pecuniae fructum.

Munificam popolorum vestrorum voluntatem haud frustra Nos imploravisse, certo scimus. Si maior liberalitas fuerit, quam sumptus in Collegia supra dicta necessarii, quidquid erit ex aere collato reliqui in alia utiliter pieque copta curabimus erogandum.

Caelestium munerum auspicem ac paternae Nostrae benevolentiae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem paramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXIV. Iunii an. MDCCXCIII Pontificatus Nostri decimo sexto.

**LEO PP. XIII.**

41.

## Decretum S. Congregationis Indulgentiarum.

### Tertii ordinis saecularis S. Francisci Assisiensis.

Huic Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae sequentia dubia, quae Tertiarios Saeculares Sancti Francisci Assisiensis aliorumque Ordinum respiciunt, dirimenda sunt proposita.

I. — An Tertiarius Ordo Saecularis S. Francisci teneatur lege illa a Clemente Papa VIII in Constitutione „Quaecumque“ d. d. 7 decembris 1604 statuta, qua praecipitur unam tantum Confraternitatem et Congregationem eiusdem nominis et instituti erigi posse in singulis civitatibus et oppidis?

II. — Utrum ad erigendam novam Congregationem Tertiis Ordinis sive in Ecclesiis Regularium sive non Regularium necessario requiratur consensus Ordinarii loci?

III. — Utrum Episcopus loci visitare possit Tertiiorum Congregationes etiam in Regularium ecclesiis?

IV. — An religiosi, qui sua iam vota nuncupaverunt in proprio Instituto approbato vel ab Apostolica Sede, vel ab Ordinario loci, ante decretum in una Veronensi editum sub die 16. Iulii 1886 et iam Tertio Ordini S. Francisci adscripti reperiebantur, post praefatum Decretum adhuc pergant ad eundem Tertium Ordinem pertinere eiusque gratiis et privilegiis gaudere?

V. — An saeculares Tertiarii Franciscales ingredientes religiosum aliquod institutum, etiam ante religiosam professionem teneantur dimittere habitum Tertiis Ordinis, et hoc ipso non amplius perfruantur eiusdem gratiis et privilegiis?

VI. — An idem Veronense Decretum vim legis habeat etiam pro Tertiariis ceterorum Ordinum, puta Ordinis S. Dominici, SSmae Trinitatis etc.?

VII. — Possuntne fideles, qui ad unam Congregationem Tertiiorum pertinent, transire

ad aliam pariter erectam in eodem vel alio loco, quin Indulgentias et Privilegia amittant?

VIII. — An Tertiarius Franciscalis possit transire ad alium Tertium Ordinem alterius Regulae, ex gr. ad illum S. Dominici etc. et vicissim?

IX. — An fideles, qui inter Tertiarios unius Ordinis fuerint cooptati, cooptari etiam valeant inter Tertiarios alterius Ordinis, puta S. Dominici vel SSmae Trinitatis etc. ita ut aliquis Christifidelis evadere simul possit Tertiarius franciscalis, S. Dominici, SSmae Trinitatis, Ordinis Carmelitici, et ita porro?

X. — An expedit concedere omnia privilegia, gratias et indulgentias a Summis Pontificibus directe et speciatim primo et secundo Ordini S. Francisci concessa extendi etiam ad omnes, qui Tertio Ordini saeculari nomen dederunt?

XI. — An expedit concedere indulgentiam *Portiunculae* nuncupatam, ab omnibus fidelibus toties die 2. Augusti lucrandam, quoties quamcumque visitent ecclesiam, in qua legitime erecta est Congregatio Tertiis Ordinis Saecularis S. Francisci?

XII. — An expedit concedere Tertiariis saecularibus S. Francisci ut lucrari valeant Indulgentiam tam omnibus fidelibus Ecclesias Franciscales visitantibus concessas, quam illas quae Tertiis Ordinis saecularis sunt propriae, ea conditione, ut Ecclesiam parochiale visitent in omnibus illis locis, ubi neque Ecclesiae Franciscales, primi, secundi aut tertii Ordinis saecularis aut alia Ecclesia, in qua canonice erecta sit Congregatio Tertiis Ordinis saecularis, existant?

XIII. — An Tertiarii saeculares S. Francisci degentes in locis, ubi nulla adsit eorumdem Tertiiorum constituta Congregatio, recipere valeant benedictionem papalem bis in anno eisdem concessam a quocumque sacerdote, eo quod vel nequeant accedere, aut saltem difficilis sit accessus

ad locum in quo a sacerdotibus debita facultate munitis praefatae benedictiones impertiuntur?

XIV. — An saltem expedita praedictis Tertiariis Franciscalibus saecularibus, bis in anno, loco Benedictionis nomine Summi Pontificis recipiendae, duas alias Absolutiones seu Benedictiones concedere cum adnexa Plenaria Indulgentia?

XV. — Ex Constitutione „*Misericors Dei Filius*“ Tertiarii Franciscales gaudent Indulgentiis Stationum Urbis. Iam vero ex opere cui titulus „*Raccolta di Orazioni e pie opere, ecc.*“ ad acquirendas Indulgencias stationales praeter conditiones consuetas sincerae contritionis, confessionis et communionis „*a seconda della Indulgenza da lucrarsi*“ sufficit visitatio solius ecclesiae ubi est, vel supponitur esse Statio. Quaeritur utrum hoc etiam valeat pro indulgentiis Stationum, quae in supradicta Constitutione Tertiariis conceduntur, ita ut a Tertiariis sit peragenda Confessio et Communio suscipienda eo tantum in casu, quo concessa est indulgentia plenaria, non vero quando concessa est partialis?

XVI. — Utrum, demptis Tertiariis saecularibus S. Francisci et Servorum B. Mariae Virginis, quibus per Constitutionem „*Misericors Dei Filius*“ et Rescriptum diei 15. Decembris 1883 respective provisum est, Tertiarii saeculares aliorum Ordinum gaudeant communicatione Indulgenciarum sive cum respectivo Ordine ad quem pertinent, sive cum aliis Tertiariis et eorum Ordinibus?

XVII. — Utrum tuta sit opinio, quae docet: Indulgentiis pro Ordine communicante per revocationem Pontificiam sublatis, ceteri quibus illae per communicationem factae sunt propriae, iis frui nihilominus pergant, nisi revocatio expresse etiam ad eos dirigatur?

XVIII. — Utrum Tertiarii saeculares cuiusvis Ordinis Indulgentiis tantum gaudeant, quae

sibi directe concessae fuerunt, vel aequi principali cum aliis concessae fuerunt, dummodo non sint revocatae?

Et Emi ac Rmi Patres in generalibus Comitiis ad Vaticanum habitis rescripserunt die 10. Ianuarii 1893:

Ad I. — *Negative.*

Ad II. — *Affirmative.*

Ad III. — *In iis, quae ad disciplinam et directionem internam spectant, negative; in reliquis, affirmative.*

Ad IV. — *Negative.*

Ad V. — *Negative ante professionem.*

Ad VI. *Affirmative.*

Ad VII. — *Affirmative ex rationabili causa.*

Ad VIII. — *Generatim negative.*

Ad IX. — *Negative.*

Ad X. — *Negative.*

Ad XI. — *Negative.*

Ad XII. — *Supplicandum SSmo pro gratia.*

Ad XIII. — *Negative.*

Ad XIV. — *Supplicandum SSmo pro gratia.*

Ad XV. — *Affirmative.*

Ad XVI. — *Negative, nisi constet de speciali Indulto.*

Ad XVII. — *Negative, imo falsa.*

Ad XVIII. — *Affirmative.*

Factaque de iis omnibus SSmo Domino Nostro Leoni Papae XIII relatione in Audientia habita die 31. Ianuarii 1893 a me infrascripto Cardinali S. Congregationis Praefecto, Sanctitas Sua resolutions Emorum Patrum ratas habuit et confirmavit, et petitas gratias in perpetuum benigne concessit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 31. Ianuarii 1893.

**Fr. A. Card. Sepiacci, Praef.**  
**Alex. Archiep. Nicopt., Seer.**

### Decretum S. C. Concilii.

Vigilanti studio convellendis eradicandisque abusibus missarum celebrationem spectantibus iu-

giter incubuit haec S. C., pluraque edidit decreta, quibus omne hac in re damnabile lucrum remo-

veri voluit, piisque testantium voluntates et obstrictam benefactoribus fidem ad amussim servari religioseque custodiri mandavit.

Quapropter ad cohibendam pravam quorundam licentiam qui ad ephemerides, libros aliasque merces facilius cum clero commutanda missarum ope utebantur, nonnulla constituit, eaque, Pio PP. IX. fel. rec. approbante, edi et Ordinariis notificari curavit ut ab omnibus servarentur. Propositis namque inter alia sequentibus dubiis:

I. an turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda et poenis etiam ecclesiasticis, si opus fueri coercenda sit ab Episcopis eorum bibliopolarum vel mercatorum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocunque modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces respondunt:

II. an haec agendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia, nulla facta imminutione, tot Missae a memoratis collectoribus celebrandae committuntur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis missarum parentibus subvenitur:

III. an huiusmodi eleemosynarum collectiones et erogationes tunc etiam improbandae et coercendae, ut supra, sint ab Episcopis, quando lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur:

IV. an turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sint ii, qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas missarum tradunt bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipient, sive non recipient quidquam ab iisdem praemii nomine:

V. an turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, sint ii qui a dictis bibliopolis, et mercatoribus recipient pro missis celebrandis libros aliasve merces, harum pretio sive imminuto sive integro:

VII. an liceat Episcopis sine speciali S. Sedis venia ex eleemosynis missarum, quas fideles celebrioribus Sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando praesertim ea propriis redditibus careant:

in peculiari conventu anni 1874 S. C. resolvit:

„Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. IV. et V. Affirmative.

Ad VII. Negative, nisi de consensu oblatorum.“

Sed cum postremis hisce annis constiterit, salutares huiusmodi dispositiones ignorantia aut malitia saepius neglectas fuisse, et abusus hac in re valde lateque invaluisse, Emi Patres S. C. Tridentini interpretes ac vindices, rebus omnibus in duplici generali conventu mature perpensis, officii sui esse duxerunt, quod pridem decretum erat in memoriam plenamque observantiam denuo apud omnes revocare, et oportuna insuper sanctione munire.

Praesenti itaque decreto statuunt, ut in posterum si quis ex sacerdotali ordine contra enunciata decreta deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedis reservatae et ipso facto incurriendae obnoxius sit: clericus autem sacerdotio nondum initiatus eidem suspensioni quoad susceptos ordines similiter subiaceat, et inhabilis praeterea fiat ad superiores ordines recipiendos: laici demum excommunicatione latae sententiae Episcopis reservata obstringantur.

Praeterea cum experientia docuerit, mala quae deplorantur ex eo potissimum originem viresque ducere, quod in quorundam privatorum manus maior missarum numerus congeritur quam iusta necessitas exigit, ideo iidem Emi Patres, inhaerentes dispositionibus a Romanis Pontificibus, ac praesertim ab Urbano VIII. et Innocentio XIII. in const. *Cum saepe contingat*, alias datis, sub gravi obedientiae praecepto decernunt ac mandant, ut in posterum omnes et singuli ubique locorum beneficiati et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, in fine cuiuslibet anni mis-

sarum onera, quae reliqua sunt, et quibus nondum satisfecerint, propriis Ordinariis tradant iuxta modum ab iis definiendum. Ordinarii autem acceptas missarum intentiones cum adnexo stipendio primum distribuent inter sacerdotes sibi subiectos qui eis indigere noverint: alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus aliarum dioeceseon, dummodo sibi noti sint, omniq[ue] exceptione maiores et legitima documenta edant inter praefixum congruum tempus quibus de exacta earumdem satisfactione constet.

Denique, revocatis quibuscumque indultis et privilegiis usque nunc concessis quae praesentis decreti dispositionibus utcumque adversentur, S. Congregatio curae et officio singulorum Ordinariorum comittit, ut praesens decretum omnibus ecclesiasticis suae iurisdictioni subiectis, aliquisque quorum

ex praescriptis interest, notum sollicite faciant, ne quis in posterum ignorantiam allegare, aut ab huius decreti observantia se excusare quomodolibet possit: et insuper ut sive in sacra Visitatione sive extra sedulo vigilant, ne abusus hac in re iterum inolescant.

Facta autem de his omnibus relatione SSMo D. N. Leoni P.P. XIII. per infrascriptum S. Congregationis Praefectum, Sanctitas Sua hoc Emorum Patrum decretum ratum habuit confirmavit atque edi mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 25. Maii 1893.

**Aloysius** Card. Eppus Sabinensis, Praefectus.

**L. Salvati**, Secretarius.

#### 43.

**Erlaß des k. k. Finanz-Ministeriums vom 4. Jänner 1893, Nr. 15023,**  
betreffend die Bemessung des Gebührenäquivalentes für das V. Decennium für jene Beneficien, deren Inhabern  
die persönliche Befreiung von der Entrichtung dieser Abgabe zuerkannt wurde.

Aus Anlaß einer vorgekommenen Anfrage wird in Ansehung der Bemessung des Gebührenäquivalentes für das V. Decennium für jene Pfründen, deren Inhabern die persönliche Befreiung von der Entrichtung dieser Abgabe zuerkannt wurde, Folgendes zur Darnachachtung bekannt gegeben:

1. Wenn Curat-Beneficiaten, auf welche das Congrua-Gesetz Anwendung findet, oder auch Inhaber eines sogenannten einfachen Beneficiums, deren nach Vorschrift des § 19 Alinea 11 des Finanzministerial-Erlasses vom 25. Mai 1890, R.-G.-Bl. Nr. 101, ermitteltes reines Einkommen aus der Pfründe den Betrag von 500 fl. jährlich nicht übersteigt, um die persönliche Befreiung von der Entrichtung des Gebührenäquivalentes für das V. Decennium auf Grund des Gesetzes von 15. Februar 1877, R.-G.-Bl. Nr. 98, einzschreiten, so ist diese Befreiung zuzuerkennen und das Gebührenäquivalent bei einem beneficium simplex unbedingt, bei einem Curat-Beneficium aber mit dem sowohl dem Beneficiaten, als auch der Religionsfondsverwaltung sofort bekanntzugebenden

Borbehalte abzuschreiben, daß, im Falle später infolge einer eintretenden Vacanz einer oder der anderen systematisierten Hilfspriesterstelle das persönliche Pfründeneinkommen des Beneficiaten sich zeitweilig derart über den Betrag von 500 fl. steigern sollte, daß in diesem Überschusse das Gebührenäquivalent ganz oder theilweise die Bedeckung findet, das Gebührenäquivalent, soweit der bezügliche Einkommensüberschüß reicht, für die Dauer der Vacanz der Hilfspriesterstelle zu entrichten sein wird.

2. Den Inhabern, sei es von Curat-, sei es von s. g. einfachen Beneficien, deren nach Vorschrift der obbezogenen Verordnung ermitteltes reines Jahreseinkommen zwar 500 fl., jedoch nicht in dem Maße übersteigt, daß der Überschuß zur Entrichtung der vollen Jahresquote des Gebührenäquivalentes ausreicht, ist über ihr Einschreiten nur der die Summe von 500 fl. übersteigende Betrag des reinen Jahreseinkommens als Jahreschuldigkeit an Gebührenäquivalent für das V. Decennium vorzuschreiben, der Restbetrag aber im Sinne des vorstehenden Absatzes

in Abfall zu bringen und zwar hinsichtlich jener Beneficiaten, welche nach dem Gesetze einen Anspruch auf eine Congruaergänzung haben, mit dem sub 1 ausgedrückten Vorbehalte.

3. Die Heranziehung des Religionsfondes zur Entrichtung des Gebührenäquivalentes für das V. Decennium rücksichtlich jener Curatbeneficiaten, welchen

im Sinne der vorstehenden Anordnungen die persönliche Befreiung zuerkannt worden ist, hat zu entfallen.

4. Die vorstehenden Bestimmungen haben sofort zur Anwendung zu gelangen, jedoch hat eine Rückvergütung von etwa durch den Religionsfonds bereits eingezahlten Beträgen an Gebührenäquivalent für das V. Decennium aus diesem Anlaße nicht stattzufinden.

## 44.

### Erlaß des k. k. Ministeriums für Gustus und Unterricht, Nr. 2595 ex 1892, betreffend die Verrechnung der Landesgoldmünzen der Kronenwährung.

Laut hierortiger Kundmachung vom 1. November I. J., B. 5845/F.-M., (Wiener Zeitung vom 4. November 1892) ist mit der Ausgabe der Zwanzig-Kronenstücke österreichischen Gepräges am 7. November v. J. begonnen worden. Ebenso werden zufolge Kundmachung des königlich-ungarischen Finanz-Ministeriums vom 20. October 1892 Zwanzig-Kronenstücke ungarischen Gepräges ausgegeben.

Nach Artikel XVIII. des Gesetzes vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 127, können alle Zahlungen bei den Staats- und den übrigen öffentlichen Cassen und im Privatverkehr, welche gesetzlich in österreichischer Währung — sei es in klugender Münze oder nicht — zu leisten sind, in beiden Staatsgebieten nach Wahl des Schuldners in Landesgoldmünzen der Kronenwährung beiderlei Gepräges dergestalt geleistet werden, daß das Zwanzig-Kronenstück zum Werthe von zehn Gulden ö. W. und das Zehn-Kronenstück zum Werthe von fünf Gulden ö. W. gerechnet wird. Alle Empfänge und Zahlungen in Landesgoldmünzen sind daher zu diesen Werthen in österreichischer Währung zur Verrechnung zu bringen.

In Ausführung dieses Grundsatzes wird im Einvernehmen mit dem k. k. Obersten Rechnungshofe für die im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder bestimmt, daß vom 1. Jänner 1893 angefangen in der zufolge Finanz-Ministerial-Erlaß vom 13. Juli 1877, B.-Bl. Nr. 14, eröffneten Colonne für die Goldgebarung die Gebarung mit Landesgoldmünzen zu den gesetzlichen Werthen in österreichischer Währung durchzuführen ist. Von diesem Tage angefangen ist auch der Cassawerth aller

sonstigen zur Gebarung gelangenden Goldmünzen mit dem Werthverhältnisse in Ueber ein stimmung zu bringen, nach welchem das Zwanzig-Kronenstück gleich 10 fl. ö. W. und das Zehn-Kronenstück gleich 5 fl. ö. W. gerechnet wird. Es sind daher in Abänderung des Finanz-Ministerial-Erlaß vom 23. November 1870, B.-Bl. Nr. 43, die auf Grund des Gesetzes vom 9. März 1870, R.-G.-Bl. Nr. 22, ausgeprägten Goldmünzen zu 8 fl. (20 Francs) mit 9 fl. 52 fr., jene zu 4 fl. (10 Francs) mit 4 fl. 76 fr. zu bewerthen, ferner wird in Abänderung des Finanz-Ministerial-Erlaß vom 18. Jänner 1879, B.-Bl. Nr. 9, der Cassawerth der Ducaten mit 5 fl. 64½ fr., jener der 20 Francs-Stücke mit 9 fl. 52 fr., jener der 10 Francs-Stücke mit 4 fl. 76 fr., jener der 5 Francs-Stücke mit 2 fl. 38 fr., der Cassawerth der 20 Markstücke mit 11 fl. 76 fr., der 10 Markstücke mit 5 fl. 88 fr. und der 5 Markstücke mit 2 fl. 94 fr. festgesetzt. Die Berechnung eines Münzgewinnes und beziehungsweise Münzverlustes findet weiterhin nur insofern statt, als sich ein solcher aus einer Differenz des gesetzlichen Werthes der Landesgoldmünzen in österreichischer Währung und des Curses derselben an der Wiener Börse herausstellen sollte.

Die Verrechnung von Zahlungsverbindlichkeiten, welche in österreichischen oder ungarischen Goldgulden effectiv zu leisten sind, insbesondere der Zoll-Zahlungen hat nach dem Gesetze vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 128, auch weiterhin in Goldgulden zu deren Nennwerthe zu geschehen, es können jedoch diese Zahlungsverbindlichkeiten auch in Landesgold-

münzen der Kronenwährung erfüllt werden, wobei je 42 österreichische oder ungarische Goldgulden gleich 100 Kronen in Landesgoldmünzen zu rechnen sind. Die Differenzen, welche sich infolge dieser Verrechnung zwischen dem durch den Artikel XXIV. des Gesetzes vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 126, festgesetzten Zahlwerthe der Landesgoldmünzen in österreichischer Währung (20 Kronen = 10 fl., 10 Kronen = 5 fl. ö. W.) und dem durch den Artikel II. des Gesetzes vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 128, festgesetzten Zahlwerthe derselben bei Erfüllung von auf Goldgulden lautenden Verpflichtungen (20 Kronen = 8 fl. 40 fr., 10 Kronen = 4 fl. 20 fr. in Gold) ergeben, sind als Einnahmen und beziehungsweise Ausgaben aus dem Grunde der Differenz der gesetzlichen Bewertung der Landesgoldmünzen nach Art. XXIV. des Gesetzes vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 126, und nach Art. II. des Gesetzes vom 2. August 1892, R.-G.-Bl. Nr. 128, unter einem besonderen Titel statmäßig zu verrechnen.

Die Differenzen, welche sich zwischen dem mit der Verordnung der Ministerien der Finanzen und

des Handels vom 27. December 1878, 3. 6295, B.-Bl. Nr. 45 festgesetzten Werthe der zu Zollzahlungen verwendbaren Goldmünzen und dem obzeichneten Werthe bei den Ablösen in die Ländercassen, beziehungsweise an die Staats-Central-Casse herausstellen, sind, wie bisher, im Finanzetat als außerordentliche Bedeckung sub Capitel „Zoll“ unter einen besonderen Titel als „Einnahmen aus der Tarifierung der zu Zollzahlungen verwendbaren Goldmünzen“ zu verrechnen.

#### Vergleichungs-Tabelle.

	bei Zoll	bei Cassa
1 Ducaten	4 fl. 74 fr.	5 fl. 64½ fr.
8 fl.-Stück (20 Francs)	8 " — "	9 " 52 "
4 fl. " (10 Francs)	4 " — "	4 " 76 "
5 Francs-Stück	2 " — "	2 " 38 "
20 Mark-Stück	9 " 88 "	11 " 76 "
10 Mark-Stück	4 " 94 "	5 " 88 "
5 Mark-Stück	2 " 47 "	2 " 94 "

#### 45.

### Iskrice.

Ta bode naš stalni naslov, pod katerim hočemo priobčevati raznovrstne vspodbujajoče naseve čč. gg. sobratov, poslane nam iz namena, da se čedalje bolj ukrepi, podpre in zagotovi prelepi, prenujni smoter, ki ga je vsak izmed nas imel, odhajajoč iz semenišča kot novomašnik: „perseverantia sacerdotalis“. Prosili smo zadnjič na tem mestu čč. gg. sobrate, naj nam privoščijo iz zaklada svoje izkušnje kako iskrico, ki bi nas vse vnela za še vstrajniše, še požrtvovalniše delovanje, čast božjo in zveličanje duš. Eden čč. gospodov sobratov nam je poslal dopis. Četudi je v njem error substantialis (misli je namreč, da bodo naše „Iskrice“ samostalen list, namenjen edino le duhovskemu notranjemu življenju, kakor se je v začetku tudi nameravalo, a pozneje se opustilo iz tega povoda, ker osrednje vodstvo „Pers. sacerd.“ na Dunaju želi, da vsi člani pre-

jemajo en skupni list), vkljub tej bistveni zmoti, pravim, hočemo dopis vendar-le objaviti, in to iz dveh vzrokov:

1. da čč. gg. sobratje spoznajo, kako hvalični smo za vsako „Iskrico“ ljubezni do dobre stvari. in 2. ker se iz nastopnega dopisa učimo, da, če ne poseben list, potreben nam je vsaj neki prostor, v katerem se moremo pogovarjati in navduševati za svoj sveti poklic, vnemati se zlasti za ta cilj svojega življenja, da bi bili vsi svečeniki po sreu Jezusovem. Ta prostor nam je odprl naš škofijski list. — Priobčujemo torej omenjeni dopis, a kakor rečeno, tiči v njem bistvena zmota!

#### Kaj hočejo „Iskrice“?

Zopet nov list!

Začetkom letosnjega leta izšla je kot priloga „Evharistije“, mesečnega glasila enako imenova-

nega društva „sacerdotum adoratorum“, prva številka novega evharističnega lista „Pelikana“ za častilce presv. rešnjega Telesa — lajike. Na prvi strani piše tako-le: Že zopet nov list! — utegne vzklikniti marsikak bralec — saj jih je vendar že več kot preveč. Tako je. Veliko preveč jih je; bolje bi bilo, da jih  $\frac{4}{5}$  izmed njih nikdar ne bi bilo; marsikaj zlèga bi ne bilo. Toda povejte nam, ali je mar tudi listov, ki bi ne služili goli dobičarji, grdi nečimrnosti, prazni radovednosti, marveč ki bi pospeševali čast božjo in razširjanje vseobsežnega kraljestva božjega, gojili krščanskega duha, utrjevali vero, užigali ljubezen, — ali teh je tudi preveč? Med 750 švicarskimi listi je le šest katoliških verskih listov. Isto je razmerje v Nemčiji in Avstriji, — lepa ilustracija besedij Kristusovih: Išcite najprej božjega kraljestva! In v celi veliki Nemčiji in Švici ni do danes nobenega evharističnega lista za ljudstvo. Gostilničarji, peki, krojači, bankirji imajo svoje strokovne liste, s katerimi močno pospešujejo skupne svoje interese; krasne evharistične bratovščine naj bi bile brez skupne zveze in organa?

Zakaj smo si izposodili za uvod našim „Iskricam“ te besede iz nemškega lista? Ker prav to, česar se boji „Pelikan“, čule so tudi že te in primeriti se jim utegne, da bodo še marsikje sprejeti z mrzlim pozdravom: že zopet nov list! Z nemškim listom ponavljamo in vprašujemo tedaj tudi mi: Imamo li res preveč listov (slovenskih), ki bi pospeševali čast božjo in razširjali njegovo kraljestvo . . .? Res imamo listov dosti in preveč, a v celi Sloveniji sta le dva izključno s tem namenom: Danica in Cvetje. — Res nimajo še posebnega glasila slovenski krčmarji, niti peki, niti bankirji — jih je premalo — niti krojači; pač pa imamo čez mero političnih, za silo tudi kmetijskih, leposlovnih in znanstvenih. Slovenski pravniki imajo svoje glasilo, učitelji dvoje in obrtniki so je imeli.

Imamo izvrstnih nemških listov: Quartalschrift, Correspondenzblatt, Correspondenz der Associatio, in gotovo je, da imamo slovenski duhovniki skupne interese z inorodnimi duhovniki

in da nahajamo mnogim našim prašanjem odgovora v nemških listih. Toda dolžnost naša je, da skrbimo za vsestranski napredok našega naroda — mar hočemo biti res „brezdomovinci“? — in dočim se drugi prizadevajo, da ustvarijo narodu lastno književnost, umetnost in vedo — ali se ni sklenilo, da ustanovimo slovensko Leonino; zakaj se ne priklopimo nemški? — skrbeti moramo tudi, da se tudi v tem obziru ne naslanjamamo in obešamo samo na Nemce, da se postavimo bolj na lastne noge in oskrbimo narodu lastno teološko književnost in izobražbo.

Vrhu tega imamo slovenski duhovniki poleg skupnih interesov vse katoliške duhovščine toliko posebnih potreb in „prašanj —“, n. pr. javno stanje našega naroda, posebne navade in razvade našega ljudstva, slovenska bogoslovna in nabožna literatura, — da je prepotrebno, da vse to posebej med seboj obgovorimo. S tem ne bomo kar nič rušili lepe zvezze, v kateri smo s sobrati drugega jezika in ne kalili katoliške ideje, ki je „različnost vseh jezikov v edinstvu vere združila“.

Velik ogenj greje daleč na okolu. Pa če jih je okolu ognja preveč, tedaj so ti, ki se bolj ob strani tiščé, že malo deležni velike vročine. In če se ne morejo dobro ogreti, kaže jim najbolj, da si zaneté — lasten ogenj. Tudi mi si napravimo svoj ogenj, od katerega bodo leteli iskre na vse strani in razgrevale naša srca!

Naš list je glasilo društva „associatio perseverantiae sacerdotalis“. Studium in molitev, veda in pobožnost je dvojna dušna hrana, ki nahranjuje in ohranjuje duhovnika med svetom, da ne postane sal infatuatum. To dvoje spada k perseveranciji duhovnikovi. Pod to firmo tedaj je lahko — in to ima biti — naš list popolno glasilo vse slovenske duhovščine, zadostujoče vsem našim znanstvenim in ascetičnim potrebam. Ko si list zadosti tâl pridobi, naj bi se ločil od uradnega glasila ljubljanske škofije, postavil se na lastne noge in oprijeli naj bi se ga duhovniki vseh slovenskih škofij, katere vabimo že sedaj k sodelovanju.

Bratje, vse po svetu se združuje in organizuje. Tudi mi smo mnogo govorili o organizaciji našega naroda za katoliško reč, za katero nam srce bije. Organizujmo pa najprej — sami sebe! Stopimo bliže skupaj, posvetujmo se, pogovorimo se, kaj nam v teh hudičih časih najbolj in najprej treba. Gospod nam pové: Najprej

iščite božjega kraljestva in njegove pravice! Posvetite sebe, posvetite ljudstvo!

Temu namenu imajo služiti naše „Iskrice“.

Kujte se iskre, letite na vse strani, usipajte se na sreča duhovniška, da se ogrejejo, da se unamejo, da zažaré v ljubezni božji za izvelečanje duš!

## 46.

### Sammnung für die Abbrändler in Zabreznica.

Das hochlöbliche f. f. Landespräsidium in Krain theilte mit Zuschrift vom 13. Juni 1893, J. 1868, nachstehenden Aufruf mit:

„Am 6. Juni l. J. kam in der Ortschaft Zabreznic politischer Bezirk Radmannsdorf ein Brand zum Ausbruche, der wegen des herrschenden Windes, sowie wegen Mangel an Wasser rasch um sich griff, so daß binnen der kürzesten Zeit zwölf Wohnhäuser und zwölf Nebengebäude, Stallungen u. s. w. eingeeßt wurden. Die vom Brände betroffenen Bewohner haben zum großen Theile ihre Habeligkeiten und ihr Vieh eingebüßt und sind nun vollkommen mittellos dem ärgsten Elende preisgegeben. Der Schade beträgt mehr als 25.000 Gulden, welcher für die arme Ortschaft sehr bedeutenden Schadensziffer eine Versicherungssumme von nur 2700 Gulden gegenübersteht.

In Unbetracht des großen Elendes und der höchst bedauernswerten Lage, in welcher sich die

Insassen von Zabreznic infolge des Brandungslückes befinden, sehe ich mich veranlaßt, an den stets bewährten Mildthätigkeitsfink der Bevölkerung von Krain zu appellieren und eine allgemeine Sammlung milder Gaben im ganzen Kronlande auszuschreiben.

Eingehende Spenden werden vom Landespräsidium, vom Stadtmagistrate in Laibach und von den Bezirkshauptmannschaften entgegengenommen, durch die Landeszeitung veröffentlicht und ihrer Bestimmung zugeführt werden.“

Über Eruchen des genannten Landespräsidiums werden die hochw. Herren Seelsorger hiemit angewiesen, die ausgeschriebene Sammlung durch Verkündigung von der Kanzel zu fördern und die einfließenden Spenden an die betreffenden f. f. Bezirkshauptmannschaften, beziehungsweise an den Stadtmagistrat in Laibach einzusenden.

## 47.

### Ausschreibung der Johann Nep. Schläcker'schen Stiftung für Lehrerwitwen.

Die vom Normalschuldirector, f. f. Schulrathen und Ehrendomherren Johann Nep. Schläcker errichtete Stiftung zur Unterstützung von je einer Volkschullehrerwitwe ist für die Zeit vom 1. August 1892 bis hin 1893 wieder einer Anderen zu verleihen.

Solche Witwen, welche sonst keine Stiftung gnießen, wollen durch die hochw. Pfarrämter von der Ausschreibung dieser Stiftung mit dem Bemerk

verständigt werden, daß sie im Falle einer Bewerbung um dieselbe ihr diesfälliges Gesuch mit glaubwürdigen Zeugnissen über ihre wirkliche Armut, ihren tadellosen Lebenswandel und über den mindestens zehnjährigen, im Lande Krain lobenswerth versehenen Volkschullehrerdienst ihres verstorbenen Mannes zu belegen und bei diesem Consistorium, dem das Beleihungsrecht zusteht, bis zum 20. August d. J. einzureichen haben.

48.

### Concurs - Versautbarung.

Die bishümlche Collations-Pfarre Šmartin, im Decanate Kranj, ist durch Todfall in Erledigung gekommen und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an das hochwürdigste f.-b. Ordinariat in Laibach zu stylisieren.

Außerdem werden noch drei, durch Resignation resp. Beförderung erledigte Pfarren zur Bewerbung ausgeschrieben, als: Mekine, im Decanate Kamnik; Šmarjeta, im Decanate Novo Mesto und Javorje, im Decanate Loka.

Die Gesuche um die Pfarre Mekine sind an die läbliche Inhabung des Patronatsgutes Münkendorf, um die weiteren zwei Pfarren aber an die hohe k. k. Landesregierung in Laibach zu stylisieren.

Bezüglich der Pfarre Šmarjeta wird bemerkt, daß der Ruhegehalt des abtretenden Pfarrers theils aus dem Religionsfonde, theils aus dem Pfändeneinkommen, und zwar aus dem letzteren bis zur neuerlichen Adjutierung der Fassion, mit 177 fl. 31 $\frac{1}{2}$ , fr. jährlich zu bestreiten sein wird.

Peremptorischer Competenztermin 11. August 1893.

49.

### Chronik der Diöcese.

Herr Josef Erker, Spiritual im hiesigen Clericalseminar, wurde zum fürstbischöflichen Consistorial-Rathe ernannt.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Dr. Sebastian Elbert auf das Kürchberg'sche Canonicat an der Cathedralkirche in Laibach, am 18. Juni; Michael Terček auf die Pfarre Šmartno unter Großkahleberg, am 19. Juni; Johann Golob, Pfarrer in Motnik, auf die Pfarre Podbrezje, und Bartholomäus Zupanec, Pfarrprovisor in Polšnik, auf die Pfarre Motnik, am 27. Juni, und endlich Johann Možina, Expositus in Harije, auf die Pfarre Rovte am 4. Juli 1893.

Herr Johann Eder, Pfarrer in Mekine, wurde in den definitiven, und Herr Anton Kerčon, Pfarrer in Šmarjeta, in den zeitlichen Ruhestand versetzt.

Herr Jakob Pokoren, Pfarrcooperator in Poljane ob Loka, wurde als Pfarrprovisor in Polšnik, und Herr Johann Hladnik, Pfarrprovisor in Rovte, als Pfarrvicar in Črni Vrh ob Idrija angestellt.

Neuangestellt wurden die Herren Seminarspriester: Johann Kromar als Pfarrcooperator in Poljane ob Loka, Alois Stroj als Pfarrvicariatscooperator in Črni Vrh ob Idrija, Anton Kocjančič als Pfarrcooperator in Senožeče, und der Neopresbyter Caspar Porenta als Pfarrcooperator in Stopiče.

Gestorben ist am 31. Mai d. J. Herr Anton Klemen, Pfarrer in Šmartin bei Kranj, und wird derselbe hiemit dem Gebete des hochw. Diözesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 30. Juni 1893.